

## Der Philosoph und der Badebetrieb

*Sen, epist. VI, 56, 1-5*



### SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

(56,1) Peream<sup>1</sup>, si est tam necessarium, quam videtur, silentium in studia seposito<sup>2</sup>. Ecce undique me varius clamor circumsonat: supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera vocum, quae in odium possunt ares adducere<sup>3</sup>: cum fortiores<sup>4</sup> exercentur et manus plumbo graves iactant, cum aut laborant<sup>5</sup> aut laborantem imitantur, gemitus audio, quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos<sup>6</sup> et acerbissimas respirationes<sup>7</sup>; cum in aliquem inertem et hac plebeia unctio<sup>8</sup> contentum incidi<sup>9</sup>, audio crepitum inlissae manus umeris<sup>10</sup>, quae prout<sup>11</sup> plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. Si vero pilicrepus<sup>12</sup> supervenit et numerare coepit pilas, actum est<sup>13</sup>.

(56,2) Adice nunc scordalum<sup>14</sup> et furem deprensum et illum, cui vox sua in balneo placet, adice nunc eos, qui in piscinam cum ingenti impulsae aquae sono<sup>15</sup> saliunt. Praeter istos, quorum, si nihil aliud, rectae<sup>16</sup> voces sunt, alipilum<sup>17</sup> cogita tenuem et stridulam<sup>18</sup> vocem, quo sit notabilior subinde exprimem<sup>19</sup> nec umquam tacentem, nisi dum vellit alas<sup>20</sup> et alium pro se clamare cogit; iam biberari<sup>21</sup> varias exclamations et botularium<sup>22</sup> et crustularium<sup>23</sup> et omnes popinarum institores<sup>24</sup> mercem sua quadam et insignita modulatione<sup>25</sup> vendentis.

---

### Kommentar:

<sup>1</sup> peream = ich will zugrunde gehen

<sup>2</sup> sepositus 3 = vertieft; seposito = einem, der vertieft ist in ...

<sup>3</sup> aures in odium adducere = die eigenen Ohren verhasst machen

<sup>4</sup> fortiores: hier: Muskelprotze

<sup>5</sup> laboro 1 = sich anstrengen

<sup>6</sup> sibilus, -i m = Zischen

<sup>7</sup> acerbissimae respirationes = sehr kräftiges Atemholen

<sup>8</sup> plebeia unctio = primitive Einsalberei

<sup>9</sup> incido 3, incidi = auf jem. stoßen

<sup>10</sup> crepitus illissae manus umeris = das klatschende Geräusch der im Bereich der Schultern aufschlagenden Hand

<sup>11</sup> prout = je nachdem, ob

<sup>12</sup> pilicrepus, -i m = Ballspieler

<sup>13</sup> actum est = dann ist's um mich geschehen

<sup>14</sup> scordalus, -i m = Raufbold

<sup>15</sup> sonus, -i m = =Platschen; verbinde mit „ingenti“

<sup>16</sup> rectus 3 = hier: unverstellt, natürlich

<sup>17</sup> alipilus, -i m = Haarentferner

<sup>18</sup> stridulus 3 = fistelnd, hoch

<sup>19</sup> exprimo 3, -pressi, -pressum = erheben, herauspressen

<sup>20</sup> alas vellere = Achselhöhlen enthaaren

<sup>21</sup> biberarius, -i m = Getränkeverkäufer

<sup>22</sup> botularius, -i m = Wursthändler

<sup>23</sup> crustularius, -i m = Zuckerbäcker

<sup>24</sup> institor, -oris m = Bauchladenverkäufer

<sup>25</sup> insignita modulatio f = markante Tonlage



(56,3) 'O te' inquis 'ferreum aut surdum, cui mens inter tot clamores tam varios, tam dissonos constat<sup>26</sup>, cum Chrysippum nostrum adsidua salutatio<sup>27</sup> perducatur ad mortem.' At mehercules ego istum fremitum non magis curo<sup>28</sup> quam fluctum aut deiectum aquae, quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit

(56,4) Magis mihi videtur vox avocare quam crepitus; illa enim animum abducit, hic tantum aures implet ac verberat. In his, quae me sine avocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono<sup>29</sup> et fabrum inquilinum<sup>30</sup> et serrarium<sup>31</sup> vicinum, aut hunc, qui ad Metam Sudantem<sup>32</sup> tubulas experitur et tibias, nec cantat sed exclamat: etiam molestior est mihi sonus, qui intermittitur subinde, quam qui continuatur.

(56,5) Sed iam me sic ad omnia ista duravi, ut audire vel<sup>33</sup> pausarium possim voce acerbissima remigibus modos<sup>34</sup> dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse<sup>35</sup> nec avocari ad externa; omnia licet<sup>36</sup> foris<sup>37</sup> resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur<sup>38</sup> cupiditas et timor, dum avaritia luxuriaque non dissideant nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si adfectus<sup>39</sup> fremunt?

### Fragen zum Text:

1. Welche Geräuschkulisse schildert Seneca? Welche Menschen verursachen diese?
2. Welche Metapher verwendet er beim Vergleich in 56,3?
3. Wie geht Seneca mit all dem Lärm ringsherum um?
4. Welche Einrichtungen des heutigen Wellness- und Fitness Trends sind mit den römischen Thermen vergleichbar?

---

<sup>26</sup> constare = Fassung bewahren

<sup>27</sup> salutatio, -onis f = Besuch

<sup>28</sup> curare + Akk. = sich kümmern um

<sup>29</sup> ponere + Akk. = zählen zu

<sup>30</sup> faber -ri inquilinus = ein Schmied als Hausgenosse

<sup>31</sup> serrarius = Sägender

<sup>32</sup> Meta Sudans = „Schwitzende Säule“: Brunnen in Form eines Steinkegels nahe dem Forum Romanum

<sup>33</sup> vel = sogar

<sup>34</sup> modus, -i m = hier: Takt

<sup>35</sup> sibi intentum esse = sich auf sich konzentrieren

<sup>36</sup> licet + Konj. = mag es auch + Inf.

<sup>37</sup> foris = draußen

<sup>38</sup> se rixari = miteinander streiten

<sup>39</sup> affectus, -us m = Leidenschaft